



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

**Meditationes Rerum Divinarum In Psalmos
Quindecim**

Hillesheim, Ludwig

Coloniae, 1572

VD16 H 3683

89 Domine refugium factus es.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-60352](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-60352)

ARGVMENTVM
psalmi 89.

In hac humanæ vitæ infirma conditio-
ne, qua omnes omnium generum mor-
tales continentur, Deus sancte inuocan-
dus & implorandus est, vt vi salutari, &
omnipotentia numinis sui, nos benignè
tueri & seruare velit.

MEDITATIO IN PSAL-
mum LXXXIX. iuxta He-
braeos XC. cui titulus:

Oratio Moysi viri Dei.

Qui offensiones vitæ, earundemque
causas multiplices ac varias ad a-
nimum referunt, illi certè & inani-
tatem omnium rerum vident, ac summā
sibi necessitatem imponi sentiunt, vt in il-
la conditionis imbecillitate contra aduer-
sarum rerum casus, praesidium compara-
re possint. Quid autem in hac omni est ca-
1 2 duca

duca mortaliq³ natura, quod tueri salu
eorum ac statum possit? nisi altior inter
ueniat vis, quæ tantam malorum caligi
nem qua obscurantur & inuoluuntur om
nia discutiat & illustret? Non igitur ea
humana est, sed diuina, gratia lumine lu
strans & complens eos, qui desideria ad
vota ad Deum referunt sua, & in vita ca
duca cœlestia studia sequuntur. In qua
vno etiam si omnis excutitur natura, firm
mamentum est vitæ, quo qui innituntur,
magno animo humana omnia contem
nunt, & ope diuina communiti sunt, ut
quasi sensu careant molestiaque dolorum.
Nec quæ alios exterret mortis ac fati re
cordatio metum eis adfert, cum se hu
terrestri corporum mole, ceu graui onere
abiecto, ab suis laboribus quieturos, & in
denique verè victuros sciant. O dignam
expectatione spem bonorum, infra quam
omnia sunt, quæ aut acerba, aut expetenda
in terris esse existimantur, eorū enim
fluxa est & fallax ratio, hoc æternum e

ac diuinum bonum, quod suis rependit, ac laborum mercedem statuit Deus. Quod si inanitas huius vitæ cum illa conferatur felicitatis æternitate, qua perfruuntur beata in cælo mentes, quis est, qui eos non beatissimos iudicet, qui hæc euaserunt? immortales facti, adq̄ diuinitatem allecti? Nos ergo in solitudine sumus, illi æuo sempiterno fruuntur, ex molestijs ad requiem, ex peritura vita ad perennem, ex domicilio caduco ad Dei sedem ac cælum perducti, vt ijs quidem gratulandum, à casibus omnibus asperis ereptis, nobis verò in hac conditionis infirmitate ad resistendum malis, salutemq̄ nostram conseruandam inter insidias vitæ ac rerum omnis sollicitudo sit suscipienda. Sensim certè nobis in hac longinquitate vitæ præsidia subducuntur, in quo manifestus Dei erga nos fauor est, nimirum vt orbatî commodis vitæ futuram imminentis fati vim presentiamus, eaq̄ consideratione inducti nos ex his tenebris in lucem illam cælestem pro-

I & pedie

pediem excessuros esse speremus. Quamquam autem interea saepe natura imbecillitate eueniat nobis, vt eripere nos ab tristissimis rebus ac curis difficulter possumus, tamen cum mente ad Deum conuersi, iudiciorum caelestium & priscorum etiam euentuum imaginem ac fatum in nostris rebus videamus, ex ipso Dei consilio eiusque salutaris voluntate, de euentu magno opere solliciti esse non debemus. Quod quidem vnum Domine Deus meus, vita mea pater, cum me ad tristitiam omnia impellant, conuertit ad tranquillitatem, aequa enim ac constanti mente agnosco te non infestum mihi hostem, sed mitem parentem esse. Quamquam autem tibi addictum, iudicio exerceas tuo: tamen caelesti ac sempiterna augustissimi numini tui misericordia diuinitus sustentas. Et quoniam tibi etiam intimi mentis meae sensus, arcana omnia & occulta patent, confirmatior fit mea spes, inque tua benignitate acquiescit. Hoc ergo vnicum est praesidium

dium. quo desiderium meum inter incommoda vite leniam, ac cum eius appropinquabit de tua voluntate finis solo innitar. Hanc quantacunque est conseruationis vite nostre laudem, tibi summo Deo semper acceptam feremus, ac recordatione indignitatis humane tuo numini diuino supplices facti dicemus:

Domine refugium factus es
nobis à generatione in generationem.

Receptaculum.

SI Deus vim potentia numinisque tui ad omnia se proferentem consideremus, iure te Dominum nominamus, maximè atque summum, cuius potentia facta omnia constitutaque sunt, & omni temporum decursu gubernantur. Huius imperij vi, potestateque diuina continemur, qui pars operum tuorum sumus, tuo presidio conseruamur, inter angustias viuendi, & periculum omne propulsamus & sustinemus. Consulis enim vite & incolumitati

eorum, qui se tibi permiserunt, eosque
suscipis in lucem, tuoque cœlesti spiritu
auges. Hac omnipotentia & misericor
dia magnitudine, tuos saluos, aque casu
um acerbitate defensos esse semper volu
isti. Homo initio rerum, diuinis bonis
tuis instructus & ornatus erat, sed ille
immemor cœlestium beneficiorum, sceler
e suo ac culpa lapsus, longè decessit ab
ea officij lege, qua maiestati tuæ erat de
uinctus. Verùm tu Domine, ei ab salute
remoto, ac propter suam preuaricatio
nem maximis in malis constituto, inspe
ranti & immerenti refugium es factus,
dominatu cœlesti & sanguine filij tui hu
mana conditionis dignitate restituta. In
de salus oblata est omnibus, cuius nemi
nem tibi fidentem expertem esse volu
isti, vt gratia tuæ, numinisque immen
sitas omnia complecteretur. Nam

Prius-

Priusquam montes fierent
aut formaretur terra, & or-
bis à seculo & vsque in secu-
lum tu es Deus.

OMnipotente vi summus, qui in initij
expers & originis, antequam aut
hi immani magnitudine montes facti,
aut terra formata, inque mundi medio
stabilita esset, Deus es, excelsus ac subli-
mis, habitans aternitatem, potestate eter *Esa. 57.*
na ac regno, vt iure omnes homines mag. *Danie. 7.*
nitudinem agnoscant tuam, nec vlla alia
in re spes suas ac vota ponant. Quae non
autem in tantorum tuorum operum con-
uersione, ordineque rerum, quo omnia veri-
tate ac fide sempiterna reguntur atque fi-
unt, diuinitatis tuae monimenta in-
sunt? vt augustissimi imperij tui, om-
nem vniuersitatem rerum testem habeam-
mus. Atque vt potentiae tuae, diuinitatis-
que ratio confirmatio esse possit,

Redigis ho-
minem in
puluerem.

Ne auertas hominem in hu-
militatem, & dixisti con-
uertimini filij hominum.

Hebr. **O** eternam memoriam potestatis di-
uinae tuae, cui subiecta humana na-
minē vsq; tura est, vt dissoluatur & concidat tota,
ad cōtritio restaureturque iterum omnipotente vo-
nē, & dicis luntate tua. Omnem enim illius ambiti-
reuertimi- onem & superbiam, reuocatam ad iudici-
ni filij ho- um tuum frangis, quo iubente homo, ceu
minum. abrogato dominatu eo, quo honestatus mu-
Reuertimi nere tuo fuit, excidit gloria & vita, eius
ni o morta cursu abrupto, eoque in puluerem vnde fa-
les.

ctus est redacto, totus vt ipse sublatus, nec
ad aliquam perpetuitatem redactus esse
videatur. Quid enim est in hominis vita
firmum ac valens? cuius tam angusta spa-
cia sunt, finesque incerti, vt illam saepe in-
opinata, ac leuis aegritudo perimat, iace-
atq; homo, te volente, mœrore, senio, mor-
bis, ac morte confectus, nullum vt ei stabi-
litate firmamentum aduersus voluntate
tuam

tuam esse possit. Sed nos conditionis nostræ statusque obliti, ac rerum in terris capti dulcedine securi viuimus, donec inexpectato obruti fato, extinguiamur tua potentia, inque nihilum recidamus. Et tamen potestate fit tua, ut genus humanum, ceu voce tua diuina excitum, atque ex integro conditum, seculis consequentibus semper progignatur & propagetur. Itaque imperium vitæ ac mortis in tua manu diuina est, cuius magnitudinem utinam omnes terrarum nationes atque gentes vereantur & agnoscant. Nam & scelerum minus in humana vita esset, & omnium mentes de salute sua cogitarent, cum ex tua vnus potestate vitam, suaque omnia pendere recordarentur. Sed in quamcunque natura partem se cogitatio obuenterit, ingens mortalitatis humana, & aternitatis tua Deus testificatio est.

I 6 Quoniam

Quoniam mille anni ante oculos tuos, tãquam hesterna dies quæ præterijt.

Et custodia in nocte quæ pro nihilo habentur anni eorum erunt.

Hebr.
Et vigilia
in nocte ra-
puiſti eos,
vt impetus
aquarum,
ſunt veluti
ſomnium.

Qui enim humanas res conſiderant, & ab vltima vſque origine recordantur, an non omnia, quantumuis in ſpeciem ſumma, occidere atque interire cum iſtis hominibus vident quotidie ac ſentiunt? quibus hominibus demigrandum è vita eſt, à conſpectu ſuorum, ceu temporis momento diſtractis, a quæ omnibus illis auulſis, quæ chara iſis fuerunt, mox ſubnaſcentibus alijs, in quæ vitam abs te miſſis, qui quidem occupant ea, quæ alij tenuerunt. Itaque inter ortus, occaſus quæ dierum, annorum ſpacia, ac ſeculorum decurſus, anticipi lege omnia cõſtituta ſunt, et quaſi vertigine quadam circumuoluuntur. At immortalis tui numinis ratio eſt, nulla quantumuis

tumuis longi temporis serie labefactata
semper constans aternitate sua, vt mille
annorum spacia, ad diem vnum referri
possint, si caduca temporis nostri ratio,
cum tua aternitate comparetur. Quem
admodum enim nocturna excubia alijs
succeedentibus mutantur, ipsa q³ aqua ce-
leri decursu profluunt, somnia etiam celer-
rimè euanesunt, ita voluntate tua aufe-
runtur subito omnia, ipsa que hominis vi-
ta quasi effluit, ac ceu quoddam somnium
nihil sui præter inanitatem relinquit.

Eccle. 18.

Hebr.

Manè sunt
sicut herba
manè flore
at et trāse-
at, vespere
decidat &
arescat.

Manè sicut herba transeat,
manè floreat & transeat, vel
pere decidat, induret & a-
rescat.

Nam si quis hominum vitam, floren-
tem atate, honoribus, clientelis atq³
autoritate videat, & eandem mox euer-
sam, euanescente, omni splendore & dig-
nitate rerum atq³ vita, cōtempletur, quis
eius diuturniorem statum, quàm herba-
rum atq³ florum esse putet? quæ pulcher

Manè flo-
rēs adoles-
cit, vespere
recisum a-
rescit.

rimo cultu se virides florentesq; ostendunt, at mox aut succisæ aut proculcata, aut maligniore immitiq; aura læsæ, cõcidunt, ac caduce fiunt, vt documentum ingens homini ex sua ipsius infirmitate sit, quæ ei ex quantumuis leui iniuria potest accidere, eiq; adimere omnia, in quibus prasidia fœlicitatis suæ atque vitæ temerè collocauerat. In quo IOBI graue ac verum testimonium est, hominem è muliere natum, breui tempore viuere, repleti multis miserijs, eum ceu florem oriri, sed marcescere subitò ac cõteri, euanescere ceu vmbra, nec vnquam certo statu contineri. Et tamen dignum eum duci, vt super eum oculos aperias, atque in iudicium deducas. Cùm enim infinitis partibus eius res, infra sublimitatem maiestatemq; tuâ sint, tamen accedente delicto grauiorem eius conditionem fieri, vt tui iudicij sustinere grauitatem, & causam suam tueri non possit. Et tamen quantumuis soniti, & cui à te iustè irrogari pœna queat, eti-

Iob. 14.

am iudicium deferri illustri iustitia tua.
 At tu pater, in hoc vitæ cursu afflictis
 sis benignus, ne iusta tua offensa ceuta-
 be consumamur.

Quia defecimus in ira tua, &
 in furore tuo turbati sumus.

*Ira tua de-
 ficimus, te
 irato consis-
 mimur.*

NAm vt debilitatis nostra euidentior
 testificatio sit, scelerum nostrorum,
 eorumque quæ facimus iniuste, pœnis sic
 vrgemur, vt omnis nobis iniucunda & a-
 cerba sit vita, ac concidat iste atatis vi-
 gor, omniumq; eorum, quæ animos no-
 stros detinebant amœnitate sua. Quid
 enim hoc tempore tantis nos implicat ma-
 lis, nisi eorum neglectio, quæ miseri-
 cordiam nobis tuam conciliare possunt?
 Itaque cruciamur, & in angustijs su-
 mus te iuste seuiente, & nos in nostra *Esai. 64.*
 iniquitatis manu allidente.

Posuisti

Et occulta
peccata no-
stra in luce
vultus tui.

Posuisti iniquitates nostras
in conspectu tuo, seculum
nostrum in illuminatione
vultus tui.

Nostra enim vita, eorumque qua
quantumuis occultè & tectè com-
mittuntur criminum labes, perspicua ti-
bi sunt, quæ etsi tegere & dissimulare cu-
piamus, tamen in tuum Domine conspectum
veniunt, qui apertos habes oculos in om-
nes terra plagas, & recondita omnia in-
tueris. Hoc quidem malis persuasum non
est, quorum inter delicta hæ voces sunt:
Ezec. 8. & 9. Non videt Dominus nos, dereliquit Domi-
nus terram. Sed videt te peccator, ille scru-
tator cordium, nihil enim intuentis om-
nia Dei oculum latet, nec spectator est tan-
tum eorum quæ fiunt, sed & vindicator et
iudex, estque terribilis super omnem ini-
quitatem in fine seculorum appariturus.
Quis ergo est, qui cogitationum suarum
etiam intima, occulta in tuo, ô Deus con-
specta

specu esse putet? cuius iustitia vitari non potest, qui omnes peccatorum nostrorum latebras vestigas, euocasque ad poenam.

Hac si ad nostram memoriam reuocemus, quomodo auerti illud possit? quin perpetuum ex ijs sustineamus dolorem, eaque cogitatione affecti conuertamur ad te, ac peccatum nostrum tibi confiteamur, cuius oculis nihil nos subducere, aut potestati eripere potest. Sed res nostra transgressiones nostras arguunt.

Quoniam omnes dies nostri defecerunt, & in ira tua defecimus.

Dilabuntur in ira tua, consumimus annos

Anni nostri sicut aranea meditabuntur.

veluti sermonem.

Oboriuntur enim magni in mente nostra dolores, quum & lasa voluntatis tua recordatio subit, & ad animum referimus, quanta prauaricatione peccemus, a voluntate tua dissentiente vita, vnde illud male viuendo consequimur, vt cum iustitia

si a offensa tua causa sit, nos conscientia nostrorum delictorum vitam in luctu lacrymisque agamus, ita ut nostrum aevum celeriter, nostrique anni perniciousiter consumantur, & omnis aetas dolenter praeterfluat, non aliter atque vox qua ex ore

(:In potentatib.)

Si autem admodum robusti simus, ad summum.

Iuxta Heb. Transitus enim celer est & auolumus:

prodit. Dies annorum nostrorum in ipsis septuaginta anni, si autem in potentatibus, octoginta anni, & amplius eorum labor & dolor: Quoniam superuenit mansuetudo & corripimur.

Is certe ordo vite ac rerum non natura, sed delicti lege est inductus, ut definitum cui spatium sit, qua vita hominis terminetur, quod quidem ipsum summis doloribus sit plenum. Mundo enim atque orbeter rarum omnipotentia Deus tua condito, rebusque ceteris procreatis, homo est factus ad imaginem diuinam tuam, felicitate aeterna ac statu

statu, sed ille inductus in fraudem, cum
abs te descivisset, legis data reus effectus,
excidit miser puncto temporis, ac spolia-
tus est beneficio abs te concesso, quo crimi-
ne in omnem posteritatem intulit illud su-
nestum monumentum mortis, ut omnes ag-
noscerent, atq; ipse sentire posset, tuam ab
eo legem esse contemptam. Utque iudiciū
eius casus semper extaret, laboriosa eius vi-
ta certi fines additi sunt, & vita agrotati-
onum ac morborum acerbitati subiecta
est, qui morbi & corporibus vim adferūt,
& ad illum vitæ finem hominē quasi detru-
dūt. Et si aut illa peccati sit pœna, tamē mi-
sericordiæ ratione est factum, ne quid non
opinanti accideret, utq; diuini tui confi-
lij gubernatione, homini finis aliquando
malorum, & aditus ad immortalitatem
esset. Quis non autem agnoscit, quàm
pauci & infrequentes, ad illud spacium
septuaginta annorum pertingant? at quo-
ta pars etiam si optime cum illis tota vita
agatur, senectutem suam ad annos octo-
ginta

ginta possunt proferre? quid si contingat nullum eis molestiarum, nullū genus abest dolorum, vix vt etas illa vita nomen arrogare sibi possit, quoniam totum illud quod degitur vitæ, quantumuis longa, re-

Est in Hebraeo. cedit citò & auolamus. Est in propinquo mors, quæ hominem curis & aegritudine confectum, iamquæ vitali succo destitutū auferat, quod vbi accidit, quantum illud spacium quo vixit ad eternitatem comparatum erit? vt auolasse potiùs homo, quàm demigrasse è corpore videri possit.

Interea autem

Quis nouit potentiam iræ tuæ?

Quis nouit potestatem iræ tuæ, & præ timore tuo iram tuam dinumerare?

Et secundū timorē tuū iram tuā.

Nos quidem Domine abs te geniti, vt ea quæ optima sunt perspicere possemus, sed inhaerescunt peccatis in animis nostris errorum & vitiorum confirmatae opiniones, vt animus in illa, quæ salutaria sunt intueri non possit.

Quid

Quid autem tam salutare, quàm ad iram
 cognoscendam & vitandam tuam, ani-
 mum adhibere? Eius ira quàm terribilis
 & horrenda vis sit, non norunt ij, qui mā-
 datorum cœlestium immemores, agunt
 impie ac viuunt, nec vllum faciunt delin-
 quendi finem. Sed veniet magna ira tua
 dies, quæ omnibus terra solo degentibus
 imminebit grauis, calamitate ea, quanta
 nec hactenus ab orbe condito fuit, nec fu-
 tura est, tanto gentium trepidantium an-
 gore ac metu, vt in specus, rupesq; mon-
 tium, abdere se, atque optare volent, vt
 se obruant ac tegant, à facie tue formi-
 dinis, tuæque maiestatis gloria. Vt ergo
 tuam iram fugere, & summo iudicij tui
 die salui esse possimus, tu Deus concussis
 & commotis animorum nostrorum pro-
 fundis,

Dexteram tuam sic notam
 fac, & eruditos corde in sa-
 pientia.

Nimirum

Luc. 21.

Matt. 24.

Apoc. 7.

Ose. 10.

Esa. 2.

Enumera-

re dies no-

stros ad

huc modum

tu nos do-

ce, et offere-

remus cor

sapientia.

Vt ambule **N**imirum in hac deprauatione, caligineque natura, multi perniciosi et corde sapienter nos auertant, ac sollicitant, vt noxia omnia sequamur, nec rationem salutis habeamus. Ita que perturbationibus corde in sa incitati ferimur toto tempore vitæ, quibus pientia. & pueritia, & iuuentus, & ipsa senectus est plena. Ludicra primùm ac leuia, mox temeraria & inconcessa sequimur, omnia deinceps in honoribus, & pecunia, & amplificandis rebus ponimus & ad dignitatem augendam & confirmandam nostram conferimus, nec vnquam animum ad ea, que extrema sunt, & sequuntur aduertimus. Quamobrem exulat mens à cognitione tua, suaque salute, habitat in nequitia, eaque ad extremum præceps abit. Quod si illa spiritu ferretur tuo, agnosceret certe inanitatem summam vitæ, adque eius breuitatem non ingemisceret tantum, sed & ea sequeretur, quibus ad eternitatem aditus ei esset. At quam vana sollicitudines, incertaque spes nostræ sunt? quas nos in
 longum

longum differimus, et si nemo sibi non crastinum tantum, si dne momentum quidem temporis certo polliceri possit: Ita insipientes indoctique sumus, & in tenebris gradimur, inque ijs occidimus. Nec quisquam interea, in hac miseria attento animo ad ea est, quae nos ad immortalitatis considerationem adducunt. At tu Domine nobis a sinistrae solij tui sapientiam *Sapi. 9.* tribue, vt doctrina eruditi tua, hoc caducum aui nostri tempus crebro ad animu reuocemus. Ita & adumbratas imagines rerum rupudiabimus, tuaeque maiestati offeremus cor verae sapientiae, hoc est, metu numinis tui plenum, vt nos totos ad aeternitatis cōtemplationem, contempta praesentium rerum inanitate vertamus. Interea vt in hac imbecillitate cōditio- nis, nostra salutis, potētia tua contra periculissimos casus vitae prouideri possit.

Cōuertere Domine vsq, quo? *Reuertere.*
 & deprecabilis esto super ser *G. Exorabi*
 uos tuos. *lis.*
 Repleti

Satia nos
manè mise-
ricordia
tua, & ex-
ultabimus
& letabi-
mur omni-
bus diebus
nostris.

Repleti sumus manè miseri-
cordia tua, exultauimus &
delectati sumus in omnibus
diebus nostris.

Lætati sumus pro diebus qui-
bus nos humiliasti annis qui-
bus vidimus mala.

Nos quidem prouidentiam tuam
infinita vi ad omnia se proferentē
agnoscimus, sepè tamen inter ma-
la constituti, presentiam requirimus tuā,
& seuerè ac grauiter nobiscum agi existi-
mamus, quasi nos respicias, a quē nobis a-
uersus sis. Sed cum misericordia inuitati
tua, ad te vnum confugiamus, cur opem
tuam differre voles? quibus presenti au-
xilium est opus, reuertere quaeso, tuisque
Pater ac Domine reconciliare. Filij tui
abs te generati sumus, sed hausto illo po-
culomortis in mundum ceu longinquam
regionem peregrè profecti & alieni abs te
facti. Nunc illis bonis quibus nos dona-
ueras

Luc. 15.

ueras priuati & orbat, in graui exilio,
 inq̄₃ summa cœlestium bonorum egesta-
 te, indignos nos filiorum dignitate, pro-
 pter maleficij conscientiam arbitramur.
 Verum tua clemētia inuitati, qui nos pro-
 cul absentes conspicaris, deserta illa
 scelerum societate, ad te recurrimus oran-
 tes, vt nos in tuis seruis esse velis, quod no-
 strum votum vt iuues gratia nobis tua oc-
 currens, humiliter ac demissè oramus. Et
 quoniam breuissimum vitæ nostræ tem-
 pus est, idq̄₃ malis omnibus abundans, à
 quorum impetu nihil nos præter clemen-
 tiam tuam potest tueri, tu quaeso facia
 ac reple nos man. misericordia tua, &
 exultabimus & letabimur omnibus die-
 bus nostris. Nam in eum casum magnitu Versiculus
 dinemq̄ue venimus ruina, vt tui iudicij in est Psalmi
 sta seueritate perterriti, non nisi ad boni- ex Hebrao
 tatem tuam nobis confugiendum esse vi- conuersus.
 deamus, atque orandum, vt abolita illa
 damnatiōe absolua mur misericordia tua. .02 .300
 Vnum hoc certè pro quo mature & celeri

K ter

ter adsequendo tibi supplicemus, ad salutem nostram reliquum habemus, qui plenè percepto, totum vitæ cursum, quando eius usurã, beneficio nobis tuo largieret leti & exultantes peragemus. Quid enim est inter terrena, et falsas seculi cupidines atq; illecebras veræ letitiæ sensu abundanti?

1. Ioan. 3. Mūdus abit & eius cupiditas atq; imago
Iaco. 4. abit, ablata nostra ætas ceu vapor, & paucis annis spiritus nostri vita terminatur, & quasi folia cuncti cadamus, ceu vento ablati, & in dolore suus continuo, quem nisi misericordia tua leuare atq; auferre nihil potest, quod si tu vultum tuum iratè subtrahes, quæ nostræ vitæ fiducia tam malis temporibus erit? ne ergo diuinam opem tuam diutiùs differas, sed tuam nobis clementiam citò exhibe priusquàm abeamus & ampliùs in terra non simus. Satiati enim tua clementia, et in tuis oculis versantes, in summa bonorum celestium opulentiã viuemus, te nos floribus pascente tritici, & melle saturante rupibus circumdat

circundati vndiq³ misericordia, tua in qua
 omnium leticiarū sacietas est. Itaq³ letifi
 canos post dies afflictionis nostræ, & post
 annos, quibus malum experti ac passi su-
 mus. Quid enim non in hoc tempore pere-
 grinationis nostræ ac vitæ, quæ ceu in
 quadam conualle plorationis degitur, æ-
 rumnarum est? quæ ærumnæ & feren-
 de quotidie sunt, & summo cum sensu do-
 loris sustinendæ, tanto omnibus inflicto
 vulnere malorum, quæ nemo recordari si-
 ne suspirijs possit, ac nisi tu nos respicias,
 profundenda vitæ sit, grauitate cladum,
 animo corporisq³ viribus euictis. Sed inter
 hos fluctus vitæ, omnis nobis in tua bonitæ
 reposita est spes, nostræ leuandæ miseræ,
 quæ spes vt in nostris varijs tēporibus miti-
 gata asperitate illa cōfirmatior esse possit,
 exhilara nos letitia defensionis tuæ, vt à præ-
 stinis malis interquiescētes, liberi à metu
 esse possimus: ac qui hactenū lugubri cla-
 more opē tuam diuinā implorauimus, ve-
 ra salute cōcessa, benignitatē tuā ad cœlū
 K 2 feramus.

Versiculus
 Psalmi est
 ex Hebrao
 versus.

feramus. O nostrā ex tāta tua clemētia
 2. Pet. 1. titiā, qua de cælo vtemur: hæc vt pacati
 mus animo efficiet, te non amplius nobis

Appareat irato, ac iam ab altissimis malorum tem
 in seruis tu bris, emergente fœlicitatis diuinæ die. Et
 is opus tuū, tua æternæ gloriæ lucifero oriente in
 & gloria stris animis. Exorere gratum nobis
 tua in filijs men, benignitatis tuæ amabili splendore.
 eorum.

Respice in seruos tuos, & in
 opera tua, & dirige filios
 eorum.

Cum enim ceu fatali lege omnibus in
 commodis vrgeamur, ad ea que so
 num illustræ omnipotentia ad nos confer
 uandos tuæ: Vt quæ benignitatis tuæ tes
 monium sempiternum extet, tu nostris
 beris atque posteris, inter mala vitæ præ
 dium in tua clementia esse velis, tuere ea
 & abductos ab omni errore, in recta ve
 gionis Catholica via, tuo spiritu dirige.
 apparente tua gloria, ex tua lege viuam
 tibi toto corde studeant, nec ab tuis insti

tis ac vijs vnquam deflectant. Vnde mani-
 festum omnibus fiet, nos auxilio numinis
 tui gloriosè defensos esse. Hic aternus pro-
 uidentia tua est ordo ac vis omnipotens,
 qua decore operũ illustri omnia gubernã-
 tur, & quã tu vniuersam ad eos seruandos
 confers, qui ordinẽ tuã diuina legis secuti,
 maiestati tuã inseruiunt, tibiq; deuouent
 omnes vitã suã rationes. Atq; hæc benigni-
 tas tua non in his tantũ elucet, quã inse-
 riora et corruptibilia sunt, sempiterna re-
 conciliationis tuã ac redẽptionis pactum,
 operũ tuorum gloriam manifestam facit,
 atq; in immensũ adauget. Apparuit enim *Ad Tit. 2.*
 gratia tua omnibus hominibus erudiens
 nos, vt abnegantes impietatẽ et secularia
 desideria, sobriè, & iuste, & piè viuamus
 in hoc seculo, expectantes beatã spẽ et ad-
 uentũ gloria tuã, et saluatoris nostri IESV
 CHRISTI, qui dedit semetipsum pro no-
 bis, vt nos redimeret ab omni iniquitate: *Ad Tit. 3.*
 atque vt iustificati gratia ipsius here-
 des simus secundum spem vitã ater-

na. *Imple hoc votum nostrum DEVS*

*Et sit splendor Domini dei
super nos.*

*Et opus manuum nostra-
rum dirige in nobis.*

*Et opus manuum nostra-
rum dirige.*

Nos certè vt tua ex Aegypto educta
gens, in deserto sumus, quibus nisi
interdiu nubis, noctu ignis columna pra-
luceat, in tenebris & nocte degemus de-
stituti atq; errantes. Quàm vasta enim
atque horrens solitudo est vita? nos per
abrupta vitiorum ac malorum, errorum-
q; auia abducens, at tu Deus gratia tua,
spiritusq; diuini splendore nos ex tenebris
eripis malorum, & viam ostendis, qua ad
optatas oras, ac fœlices sedes perueniri pos-
sit. Agè ergo rector noster, nos ab falsitate
terrenarum & inanium rerum abductos,
habitante apud te luce imple, vt per omnẽ
vitam nostram in ea ambulemus. Hoc no-
stru

strum est Domine omnipotens votum, tua
 salutis diuina desiderio plenum. Si mor-
 tales & opis indigi sumus, si metu
 tuo fimus & occidimus, nascimur & mo-
 rimur: si nos momentanei, tu aternus: si
 angusta vita nostra spacia sunt, si vt florū
 decus decidui ac caduci sumus, & ira
 propter peccatorum grauitatem infesta-
 mur tua, vt ingens cacitas mentis nos ad
 agnoscendam & considerandam imbe-
 cillitatem nostram adducere difficulter
 possit, quid restat? nisi vt maiestati tua
 supplices, tuam requiramus praesentiam,
 atque oremus, vt gloria tua apparente lu-
 ce, misericordia in nos tua redundet, ac
 nos tuus caelestis cōsequatur fauor, ea mag-
 nitudine splendoris, quo & calamitatum
 nostrarum tenebrae depellantur, & in om-
 nibus actionibus vita, tua diuina leticia
 & iucunditatis lumen sentiamus. Atq; v-
 tinam is sensus in nobis sit perēnis, semper
 vt imbecillitas conditionis nostra, et glorio-
 sa magnitudinis tua recordatio mentem

K 4. inter-

interpellet. Sic enim à vitijs auocabimur,
 ac cùm omni impetu furoris in nos mala
 irruerint, nos quæ affixerint, salui erimus
 ac valentes. Quamobrem tollamus alijs
 animos, & in hac laboriosa vita, nos tua
 benignitate consolemur. Omnibus certè
 partes ea impositæ sunt, quæ rectæ animi
 facultatem requirunt, quæ si ad constitu-
 endas res actionesq; nostras adferemus, ut
 in quæcung; illæ statû incidût, nobis benig-
 nè ad futurû speramus, vt cõfirmato opere
 manuû nostrarum, per excelsa directi, in
 te nostræ salutis deo lætemur. Intereâ quo-
 niã mors humana miseriæ simulacrum
 quotidianû atq; ingen sinminet, oramus
 te Domine noster ac Deus, ne nos incidere
 in mortis sempiternæ malû velis, sed vt hu-
 ius vitæ laboribus perfunctos efferas ad
 gloriam, & gratiam beneficij tui cœlestis
 ad nos peruenire sinas.

Meditationis in Psalmum
 LXXXIX. finis.

Argumen